



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

118. Parabola Regis nuptias filij sui celebrantis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

CAP. 118. Parabola regis nuptias filij sui celebrantis.
Matth. 22. * 118.

S. Matthæus.

S. Marcus.

S. Lucas.

S. Iohānes.

ET respondens Iesus, dixit iterum in parabolis eis, dicens, Simile factum est regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias: & nonlebāt venire. Iterum misit alios seruos dicens, Dicite inuitatis, Ecce prandium meū parauit, tauri mei & altilia occisa, & omnia parata: venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt: & abierunt, alius in villam suam: alius verò ad negotiationem suam: reliqui verò tenuerunt seruos eius, & contumelijs affectos, occiderunt. Rex autem cū audisset, iratus est: & missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorū succendit. Tunc ait seruis suis, Nuptiæ quidem paratæ sunt: sed qui inuitati erant, nō fuerunt digni. ite ergo ad exitus viarum: & quoscunque inueneritis, vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias, congregauerunt omnes quos inuenerunt, malos & bonos: & impletæ sunt nuptiæ discumbentium. Intrauit autem Rex vt videret discumbentes: & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali. Et ait illi, Amice, quomodo huc intraisti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit Rex ministris, Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium. Multi enim sunt vocati, pauci verò electi. * 119.

X 2 Cap.